solis fratribus ex utroque parente coniunctis defuncto. Addendum est nunc et eorum
filios ut infra patebit per posteriorem constitutionem. Cum igitur nulli alii ex-
cipiantur collaterales omnibus aliis indubie preferuntur. Et si excepti non sunt
11\. Quod qui fratres defuncti et eorum filii cum parentibus succedant. soli ut dictum est succedunt pater et mater. ¶ Si vero cum eis ex supersunt
fratres defuncti sive filii vel eorum alteri tunc vel sunt utrique coniuncti vel
non utrique. Si secundum excludunt eos pater et mater patet satis ex dictis cum
in dicta exceptione nulla de eis fiat mentio. Si vero primum videlicet quod sunt
utrique coniuncti admittuntur omnes cum patre et matre licet gradu sint ipsis
remotiores. ¶ Fratres tamen in capita. fratrum vero filii in stirpes. De fratribus
patet in auth. defuncto C. de sena. consul. tertul. ubi sic habetur textus. Si
cum parentibus fratres sorores ve utrique defuncto coniuncti supersunt vocantur
cum ascendentibus gradu proximis ut viriles fiant portiones exclusa
procursus omni differentia sexus et patrie potestatis. Ad idem in auth. de here.
ab intest. § consequens. versiculo si vero. ubi sic habetur textus. Si non cum ascendentibus
inveniantur fratres et sorores ex utrisque parentibus coniuncti defuncto cum proximis
gradu ascendentibus vocabuntur. Si autem pater aut mater fuerint dividenda
inter eos quippe hereditate secundum personarum numerum. ubi et ascendentium et
fratrum singuli equalem habeant portionem. Et bene dixi quod fratres in capita ad-
mitterentur. ¶ Nunc vero de fratrum utrimque coniunctorum filiis restat ma-
gis necessaria probatio quod et illi admittantur cum patre et matre defuncti cum tamen sit
in iii° gradu cum defuncto. et hec probatio hoc ideo est magis necessaria quia
olim non admittebantur cum patre et matre defuncti ut clare patet in auth.
de here. ab intest. § reliquum. versiculo si et ipsis. Erat cum eadem constitutio mul-
tum famosa et notabilis in compilatione quasi nova sit et multorum priorum
correctiva adhuc tamen non admisit fratrum filios cum ascendentibus immo dicit
nullo modo vocari permittimus. ¶ Sciendum igitur quod in eodem corpore autenticorum
scilicet postea alia constitutio adhuc posterior est ut fratrum filii. hac iam al-
legata in hac parte diligenti studio corrigens. que fratrum filios cum ascen-
dentibus admittit. non tamen in capita. sed in stirpes. Commemorata igitur
ibidem priori lege quam emendare cupit. signanter in illa parte. subdit.
hec itaque corrigentes. iuste sancimus ut si quis moriens relinquat ascen-

Argumentum probatio de utrisque et de filiis qui ... succedat in capita cum parentibus ... de fratrum filiis ...

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs1282/0010
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST